


ANNO PIVS. PP. III. S.

A D E V T U R A M R E I M E M O R I A M Ex concessione nobis decuper pastoralis officie debito ecclesiasticum quarumlibet utilitati neenon fidelium omnium præsentium nobis et Sancte Romanae Ecclesie subditorum paci et quieti consulere cupientes illa quæ propterica prouide gesta fuisse dieuntur ut illibata persistant libenter cum a nobis petitur mandamus apostolicum munimine roborari. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Ausonius Serenus Rector Plebanus nuncupatus parochialis ecclesie Plebanæ nuncupatae Sancti Stephani ac Universitas hominum Terræ seu loci Montis Sancti firmans dico. Quid cum aliis sis et causa inter ipsos super iure animalia ad tempore existentem dictæ ecclesiæ Rectorem pertinentia tam in ecclesiæ quam Universitatibus predictorum possessionibus pasceri et super decimatum solutione rebusq; alijs in actis cause huiusmodi latius deductis et illorum occasione dicti pependisset. Tandem ipi omnibus eorum iuribus in Dilectum filium Cesareum de Chambera Provincia nostra Marchia Vicelegatum remissis ac illius interuentu pro bono pacis ad infra scriptam concordiam sub nostro et sedis apostolicæ beneplacito deuenerunt videlicet quod ipse Ausonius et ipsius successores dictæ ecclesiæ Rectores pro tempore existentes possent cuiusvis generis et speciei animalia usq; ad numerum centum et non ultra ab omnib; gabellâ et alio onere ex quavis causa a sede et universitate prefatis impositis et imponendis libera et exempta tam in possessionibus ecclesiæ quam particularium hominum Terræ predictarum ad aliam contradictionem et solutionem propterica cuiquam facienda tenere. Et si ipse pro tempore existens Rector non haberet animalia pastulum pro dictis Centam animalium locare et ex necessitate maxime pessime posset nec ad tantum in quæ amicis pacem faciat utrumque salutem. Quæ aliquam aliam pœnam sed duntur taxat ad danni passi emendationem teneretur. Et ne maiorem centum animalium numerum per eum ibidem teneri contingeret dicti filii Syndici et officiales Universitatis huiusmodi ratione corundem centum animalium debito tempore tenere et habere ac illa in qualibet possessione absq; aliquis Rectoris pro tempore existentis impedimento manutenerem possent. Quodq; ipse Rector pro tempore existens maiorem praefato numerum in dictis possessionibus tenere non posset etiam si affidum ratione excessu numeri huiusmodi soluere uellet nisi de licentia corundem Universitatis duntaxat qui soli licentiam huiusmodi et non alijs dare et concedere possent. Et si maior numerus animalium Rectoris pascentium ibi reverteretur ipi Universitas animalia numerum huiusmodi excedentia reconduci facere et ipsum Rectorem ad fraudis et aliarum penarum tunc expressarum solutionem cogere possent. Et similiter ipse Rector deberet permittere tam universitatis quam forensium per Universitatem praefatos ex locatione conducta animalia in possessionibus eiusdem ecclesiæ pasceri. Et præterea quod ratione decimatum huiusmodi ipse Rector pro tempore existens non posset neq; debet plus habere quam quinquaginta quinq; florenos quolibet anno de Mense Augusti soluendos ex quorum quinquaginta quinq; florenorum solutione tam eiusdem Terræ Montis Sancti quam illius Territorij habitatores a decimatum præstatione liberati essent ac forsitan alij pepergerunt etiam cum certis obligationibus et cautelis tunc expressis prout in instrumento publico desuper confecto plenus dicitur contineri. Quare pro parte Ausonii et Universitatis predictorum asserentum concordiam huiusmodi in evidentem dictæ ecclesiæ utilitatem cessisse et cedere fut nobis humiliter supplicatum quatenus concordia praefata pro illius firmori substantia robur apostolica confirmationis auctoritate ac alijs in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Non igitur instrumenti et pactionis prefatorum tenores presentibus pro expressis habentes concordiam et pactionem aliaq; præmissa ac prout ea concernunt alia in dicto instrumento contenta et indesecuta quaeunque licita tamen et honesta ac evidenter dictæ ecclesiæ utilitatem cedentia apostolica auctoritate tenore presentium confirmamus et approbamus ac illis perpetua et muolabilis firmitatis robur adiungimus omnesq; et singulos tam iuris quam facti defectus si qui forsitan interuererint in eisdem supplemus neenon omnia et singula præmissa valida et efficacia fuisse existere et fore suosq; plenarias effectus sortiri ac ab ipsis partibus muolabiliter obseruari debere et posterius ab illis nullo unquam tempore resuere posse et sic per quod secundum et commissarios quavis auctoritate fungentes sublata eis et eorum cultib; quavis aliter iudicari et interpretandi auctoritate et suauitate iudicari et diffiniri debere. Ac quod secus a quoquam quavis auctoritate scienter uel ignoranter attentauit contigerit irritum et inane determinamus. Non obstante constitutionibus et ordinationibus apostolicis neenon eiusdem Terræ et alijs etiam iuramento confirmatione apostolica uel quavis firmitate alia roborantis statutis et consuetudinibus Ceterusq; contrarii qui hucunque Datij Romæ Apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die xxx Decembri M. D. LXIII Pontificatus.



No. 26. — *Supra fin puerorum*. — *Oratio pro pueris* *et supplicatione* *de cura* *puerorum*.

Suggeri fu pubblicato

Breitkopf & H

194  
194

o : Da : Hanover : 2

